

Laibach, ubi fuit Emona Pannoniae (III 5845 vidit Mommsen). — 1) Significatur origo; cf. ad N. 2249. — 2) Intelleguntur legiones decima quinta Apollinaris et octava Augusta, quas anno p. Chr. 44 tetendisse non ita longe ab Emona apparel ex Tacito a. 1, 25 cf. 1, 20 (ubi mentio fit manipulorum missorum Nauportum, qui locus fuit prope Laibach, ubi hodie est Oberlaibach). Illa, si excepitis absentiam annorum 65 (Tac. ann. 18, 25) ad 70 (Joseph. bell. 7, 5, 5), permanxit in Pannonia usque ad saec. II, haec sub Claudio vel Nerone translata est in Moesiam, ubi fuit a. 69 (Tac. hist. 2, 83), et deinde in Germaniam (Tac. h. 4, 68). Et videtur hic titulus Claudio non, aut vix recentior (cf. Hirschfeld arch. ep. Mitth. 5 p. 248 not. 44).

2265 miles leg. | XVI¹ D² Viato[ris], Sex. Lartidius | Sex. f. Vel. | Pistoris³, | anno. | XXVI stip. | IV, h. s. e.

Prope Moguntiacum ad vicum Zahlbach rep. (Brambach 1200 vidit). — 1) Praeterea Moguntiaci prodierunt multorum aliorum militum eiusdem legionis inscriptiones sepulcrales (Brambach 1497 seq. 1505), qui milites paene omnes, quod indicium est temporum primorum imperatorum, cognomine carebant. In Germania superiore legio telendit a. 44 (Tac. ann. 1, 57), in Germania inferiore anno 69 (Tac. hist. 1, 55). Ipsa legio dicitur XVI Gallica supra N. 2054, item C. X 4744, XVI Germaniae supra N. 975. — 2) Centuria. — 3) Pistoriae oppidum Etruriae.

2266 L. Aelius Fab. Brixia veteranus, | militavit legione XVI | in Germania ann. XXII, | vixit ann. XXX . . , | P. Aelius Fab. Brixia, idem frater, veter[an.], | milit. legion. XVI in Germania an. XXII, v. a. XX[X] . .

Romae (VI 5560 descr. Pighius).

2267 Ti. Caesaris | dívi Aug. f. Augusti | miles missicius¹, T. Iulius | Féstus, militávit annos XXV | in legióne XVI, decreto decurion. | accepit frumenti m. L², balneum et | sui³ gratuitum in perp. et aream⁴ in[ter] duós (sic) turrés per P. Pusonium Peregrinum IIIIvir. et XI vir.⁵ adsignatam.

Nemausi (XII 5179 vidit Hirschfeld). — 1) Fuisse hunc inter milites Germaniae superioris, quibus a. p. Chr. 44 missio quamvis non flagitiantibus oblata est (Tac. ann. 1, 57), ideoque appellari missicium, non veteranum, coniecit Hirschfeld (l. c.). — 2) Modios quinquagenos. — 3) Non intellegitur; fortasse debuit esse et balnei usum (pro baln. et sui) (Hirschfeld). — 4) Ad aream hanc pertinent tituli XII 5255^{ab}. — 5) Undecimviri Nemausi praeterea non reperiuntur (cf. Hirschfeld p. 382).

2268 T. Atidius T. [f.] | Rom. Porcio | miles leg. XIX.¹
Ateste (Este) (V 2499). — 1) Cf. supra N. 2244.

2269 L. Artorius C. f. mil. | veteran. leg. XIX¹ | Artoria L. l. Cleopatra | L. Artorius L. l. Licinus.

Inter Ravennam et Ariminum rep. (XI 548 descr. Bormann). — 1) Legio XIX una cum Varo perit (Tac. ann. 1, 60). Militem veteranum Mommsenus putat hic secundum aevi velustioris usum dici qui sit multorum stipendiorum.

2270 L. Plinius Sex. f. | Fab. domo | Trumplia¹, | mil. leg. XX² | annorum XLV, | stipendiorum XVII, | hic situs est, | testamento fieri | iussit. | Secundus | L. Plin. et P. Mestri | libertus fecit.